Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·CANTICA·CANTICORUM·

252

unde erat·et spe retineat adoleum qui
deficit linum·Vanitas vanitatum dixit
ecclesiastes·et omnia vanitas·Cum quo
esset sapientissimus ecclesiastes·docuit
populum·et enarrauit quae fecerat·et inues
tigans composuit parabolas multas·Quae
sunt verba utilia·et conscripsit sermo
nes rectissimos·ac veritate plenos·
Verba sapientium sicut stimuli·et
quasi clauos multos defixi·et magis
tro consilium data sunt a pastore
uno·His amplius fili mi ne requi
ras·faciendi plures libros·nullus est
finis·frequens quoque meditatio·carnis af
flictio est·finem loquendi omnes pariter
audiamus·Deum time·et man
data eius obserua·hoc est enim omnis
homo·Cuncta quae fiunt adducet
deus in iudicium·pro omni errato·siue
bonum·siue malum sit·canticum·

Osculetur
me osculo
oris sui·
quia meli
ora sunt
uba tua
uino·fra
grantia
unguentis
optimis·
Oleum
effusum
nomen
tuum·ideo
adolescentulae dilexerunt te·Trahe
me post te·curremus in odore un
gentorum tuorum·Introduxit me rex in
cellaria sua·exultabimus et laetabimur
in te·memores uberum tuorum super vi
num·recti diligunt te·Nigra sum
sed formosa·filiae hierusalem·sicut tabernacula
cedar·sicut pelles salomonis·
Nolite me considerare quod fusca sim·quia
decoloauit me sol·filii matris meae
pugnauerunt contra me·posuerunt me
custodem in uineis·uineam meam
non custodiui·Indica mihi quem
diligit anima mea·ubi pascas·ubi
cubes in meridie·ne uagari incipiam
post greges sodalium tuorum·Si ignoras te o pulchra inter mulieres·ego
exi et abi post uestigia gregum·et
pasce haedos tuos iuxta tabernacula
eorum pastorum·Equitatui meo in car
ruis pharaonis assimilauit te amica mea·
Pulchre sunt genae tuae sicut turturis·
collum tuum sicut monilia·Aurea
uiuas faciemus tibi·uerum
aulatas argento·Dum esset rex in
accubitu suo·nardus mea dedit odorem
suum·fasciculus myrrae dilectus mihi
mihi·inter ubera mea commorabitur·
Botrus cypri dilectus meus mihi·
in uineis engaddi·Ecce tu pulchra
es amica mea·ecce tu pulchra·oculi
tui columbae·Ecce tu pulcher es
dilecte mi·et decorus·lectus nostr
floridus·tigna domorum nostrarum cedrina·la
quearia nostra cypressina·II·

Ego flos campi·et lilium con
uallium·Sicut lilium inter
spinas·sic amica mea inter
filias·Sicut malum inter ligna sil
uae·sic dilectus meus inter filios·
Sub umbra illius quam desiderabam
sedi·et fructus eius dulcis gutturi
meo·Introduxit me rex in cellam
uinariam·ordinauit in me caritatem·Fulcite me floribus·stipate me
malis·quia amore langueo·Laeua
eius sub capite meo·et dextera illius
amplexabitur me·Adiuro uos filiae
hierusalem·per capreas cerosque camporum·ne
suscitetis·neque euigilare faciatis
dilectam·quoadusque ipsa uelit·Vox
dilecti mei·Ecce iste uenit saliens
in montibus·transiliens colles·Similis
est dilectus meus capreae·hinnulo
que cerorum·En ipse stat post parietem
nostrum·respiciens per fenestras·prospi